

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Kleine Texte zum Alexanderroman

**Pfister, Friedrich**

**Heidelberg, 1910**

### IV. Brief Alexanders an Aristoteles über die Wunder Indiens

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2947](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2947)

IV.

Brief Alexanders an Aristoteles über die  
Wunder Indiens.

- 190 V. I. [1—29 H; fehlt bei Leo.] Karissime magister, quem habeo amantissimum secundum matrem et sorores meas, semper te habui in memoria etiam inter angustias, quas in preliis passus sum, et quoniam scio, quia in arte philosophiae positus es, cogitavi scribere tibi de partibus Indiae et de generibus serpentium et hominum et ferarum, quae illic sunt, ut quando cognoverit homo aliquid de novis<sup>1</sup> causis, crescat ingenium et studium illius. Quamvis magna prudentia sit in te et nullum adiutorium vestra sapientia querat de alterius doctrina, tamen, quia amas me, volui scribere tibi ea, quae vidi in India cum magno labore et periculo de Macedonibus, ut cognoscas mea facta, et ut non sit aliquid, quod tibi incognitum sit. Etenim dignum est, ut in memoria habeantur cuncta, quae vidi. 225 K.
- 191 V. Non enim credideram tanta signa esse in terra, nisi ego ipse prius vidissem cuncta oculis meis. Mirabilis est mater terra, quae multa bona generat et multa mala, habens diversas figuras de fructibus et animalibus et multis aliis causis. Quae si omnia licuissent homini videre, vix potuerat esse, ut crederentur ipsa nomina causarum, quia sic diversa sunt.

Sed ego dicam primum de illis causis, quas vidi, ne aut dicatur, ut fabulosum sit, aut ego mendax appaream. Tu enim, qui fuisti magister meus, nosti naturam animi mei, quomodo terminum rectitudinis custodivi et minus omnia locutus sum, quam sicut facta sunt. Et nunc, f. 228 b. sicut spero, cognoscis, quia non pro gloria nostra ista omnia dicimus, et utinam minus fuissent, quia non fecerant nobis magnum laborem, ut tanta cognosceremus,

<sup>1</sup> nobis in nostris *korr. cod.*; nostris Kübler; novis nach ep. 1.

quanta cognovimus. Ago gratias iuvenibus de Macedonia et cuncto exercitui nostro, quia in tanta patientia perseveraverunt, ut rex regum appellarer. Et scio, carissime praeceptor, quia delectaris de mea gloria, et error in me est, nisi scribam tibi aut Olimpiadi matri et sororibus meis de singulis utilitatibus regni mei, quia sicut considero, et tibi et illis commune esse videtur, quod mihi utile est. In prioribus namque litteris significavi tibi de defectu solis et lunae et de stellis et de signis aëris, quae omnia cum magna cura ordinavi et sic tibi transmisi et faciendo 10 novas historias omnia in cartis scripsi, quae cum relegis, 192 v. scito esse<sup>1</sup>, qualis sollicitudo Alexandrum potuit comprehendere.

II. [30—54 H; Leo 201, 22—23; 203, 22—204, 2; 205, 9—206, 2.] Mense Magio, postquam vicimus Darium regem Persarum apud flumen, qui dicebatur Grannius<sup>2</sup>, subiugavimus nobis omnem illius terram, et posuimus in provinciis orientis nostros honoratos, et divites facti sumus de multis divitiis, sicut iam tibi in priorē epistola significavi. Sed ne videatur multiplicata ipsa locutio, non 20 replicabo facta priora, quae cognita sunt.

Mense Iulio deficiente venimus in Indiam Fasiacen<sup>3</sup>, ubi cum magna celeritate Porum regem vicimus, et omnes divites facti sumus de multis divitiis<sup>4</sup> illius. Et ut semper in memoria teneatur, rectum mihi videtur, ut scribam de multitudine exercitus eius, in quo fuerunt sine peditibus quattuordecim milia octingentae quadrigae, omnes falcatae, et quadringenti elefanti, qui portabant turres, ubi stabant homines armati ad pugnandum, et apprehendimus ipsam civitatem Pori et domum eius, in qua fuerunt qua- 30  
226 K. dringentae columnae aureae cum capitellis aureis, et parietes illius domus erant investiti de lamminis aureis, quae erant grossae, quantum est grossus unus digitus hominis de manu; etiam ego ipsas lamminas incidere feci in multis locis. Vineae quoque de auro pendebat inter columnas, 193 v. quae folia aurea habebat, et racemi illius erant de crystallo, et interpositas habebant gemmas ignitas et smaragdus, et

<sup>1</sup> esse *klammert Kübler ein.* — <sup>2</sup> = Granicus; *nus auf Rasur cod.* — <sup>3</sup> = Πρασιακή *bei Ps.-Kall.*; Prasiaca *Valerius.* — <sup>4</sup> *cod. ursprünglich:* de multa divitia.

omnes ipse mansiones erant ornatae de gemmis, quae margaritae nominantur, et de unionibus et carbunculis. Regias f. 229 a. vero habebant de ebore albo, habebant et lacunaria, id est subficta, de ligno, quod nominatur ebenum, et est lignum fuscum, quod nascitur in India et Ethiopia, et camerae erant factae de lignis cipreseis. Et foras ipsam domum erant statucae de auro positae, et erant ibi platani aurei, et inter illas erant multa genera de aucellis cum variis coloribus, et habebant ungulas et rostra inaurata et in auriculis pendebant eis margaritae et uniones. Multa vasa gemmea et cristallina seu<sup>1</sup> et aurea invenimus ibi, de argento pauca.

III. [55—86 H; Leo 206, 3—6; 213, 7—9; 208, 20—209, 12.] Cumque omnia in mea habuissem potestate<sup>2</sup>, desideravi videre interiorem Indiam, et perveni ad portas Caspiae cum universo exercitu; ubi cum ammirarer ipsam terram, quae erat bona, cognovi ibi aliqua, quae odiosa mihi videbantur esse. In ipsis autem locis erant diversi  
194 v. serpentes et ferae, quae in ipsis vallibus et campis et  
20 silvis et montibus habitabant, et dixerunt nobis homines de ipsa terra, ut essemus solliciti pro ipsis serpentibus et feris. Sed ego volendo persequi Porum regem, qui de prelio fugerat, antequam in desertas solitudines abiret, tuli centum quinquaginta duces, qui ipsam viam noverant; et mense Augusto perreximus per ardentissimum solem et per loca arenosa, et promisi praemia illis, qui me portabant per incognita loca Indie, si me perducerent in Bactriacem cum omni exercitu meo salvo, ubi sunt gentes, quae nominantur Seres, et sunt ibi arbores habentes ipsa folia  
30 velud lanam, quam homines loci illius colligunt et vestimenta sibi exinde faciunt. Nam et ipsi duces nostri coeperunt de eadem lanugine colligere. Illi namque, qui nobis viam ostendebant, sicut ego cognoscere potui, volebant nos portare per loca mortalia, ubi erat multitudo serpentium et ferarum et beluarum.

Quod ego ut vidi, ex parte pro culpa mea hoc evenire dixi, quia despexi consilia de amicis meis et de hominibus de loco Caspiae, qui dixerant mihi, ut non sic festi-

<sup>1</sup> sed *verm. Heraeus.* — <sup>2</sup> *cod. ursprünglich:* in meam . . . potestatem.

narem vincere. Precepi militibus meis, ut omnes se armar-  
rent, eo quod timebam, ne forte supervenirent hostes et  
tollerent divitias auri et gemmarum, quas milites mei por-  
tabant. Tantum enim erant divites facti, qui vix ipsum  
227 K. aurum portare poterant; insuper et ipsa arma gravabant  
multum, quia omnia ego feceram includere in auro, et 195 v.  
resplendebat totus exercitus meus ad similitudinem stel-  
f. 229 b. larum; et erat magna ammiratio videre talem exercitum,  
quia et in ornamento et in virtute supra erant quam  
aliae gentes. Ego certe videndo prosperitatem meam ni- 10  
mium gaudebam de nobilissimo numero iuventutis. Sed  
quia solet aliquando, ubi habet homo prosperitatem, se-  
cuntur illum adversa, coepimus sitim habere maiorem.<sup>1</sup>  
Quam cum non potuissemus durare, tunc quidam miles,  
Zefirus nomine, invenit aquam in una petra cavata; im-  
plevit exinde ipsum capsidem suum et adduxit illam mihi,  
quia plus amavit vitam meam quam se ipsum. Ego vero  
convocavi exercitum meum et coram omnibus effudi ipsam  
aquam in terram, ne forte, dum videret ipse exercitus,  
quia biberem ego ipse aquam, plus inciperent illi sitire. 20  
Laudavi bonitatem Zefiri<sup>2</sup>, quam habuit in me, et dona  
ei optima feci. Ista namque causa, quae facta est de ipsa  
aqua, confortavit ipsum exercitum et deinde cepimus ire.

IV. [86—109 H; Leo 209, 13 — 210, 4.] Cumque ambu-  
larem, apparuit mihi non longe flumen in desertis locis,  
et erant in ripa ipsius fluminis cannae altae sexaginta pedibus  
et erant grossae plus quam pinus, quia inde fiebant tabulae  
ad faciendas casas. Tunc ego statim feci figere aliper gum,  
quia et homines et animalia nimium sitiebant. Cumque  
ex eadem aqua bibere voluissem, tantum erat amara sicut 30  
elleborum, quod vulgo velatrum dicitur, unde nec homo  
nec ulla animalia sine tormento<sup>3</sup> bibere poterant. Angustia- 196 v.  
bar ego plus propter ipsa animalia quam pro nostra<sup>4</sup>  
necessitate, et cognovi, quia plus durat homo omnia mala,  
quam animalia. Habebam mecum mille elefantos, qui porta-  
bant aurum et quadringentos currus falcatos, ubi erant  
per currum quattuor caballi, et mille ducentos currus alios,

<sup>1</sup> malorem *cod.*, wie unten S. 27, 20; 27, 27; 31, 22; s. auch  
oben S. 13, A. 4 u. 5. — <sup>2</sup> Zefili *cod.* wie Z. 31 velatrum st. veratrum.  
— <sup>3</sup> *cod. urspr.* tormenta. — <sup>4</sup> nostram *cod.*

ubi erant duo caballi per currum; caballicantes erant nobiscum viginti milia, pedones ducenti quinquaginta milia, et erant prope duo milia muli, qui portabant causam de ipso alipergo et causam de ipso populo, cameli, dromede et boves duo milia, qui portabant annonam; et boves et vaccae et pecora ad comedendum maxima multitudo. Multi ex eisdem equis et elephantis et mulis frena aurea habebant.

Ipsa namque pecora non poterant se continere prae nimio siti; milites autem alii lingebant ferrum, alii bibe-  
10 bant oleum, alii ad talem necessitatem perveniebant, qui etiam urinam suam bibebant. De qua causa nimium an- f. 230 a.  
gustiatum sum et plus eram sollicitus de ipso populo, quam de meo periculo. Precepi, ut omnes armati sequerentur, et talem legem dedi, ut vindictam darem in illum, quem armatum non invenissem, unde omnes mirabantur, 228 K.  
quia, ubi nullus appareret inimicus, quid necesse esset in tali siti pergere armatos. Sed ego sciebam, quia per  
197 V. loca deberemus abire, quae plena erant de bestiis et serpentibus.

20 V. [110—126 H; Leo 210, 5—20.] Igitur secuti sumus ripam iam dicti fluminis, qui habebat ipsam aquam amar-  
ram, et ad octavam horam diei venimus ad unum castellum, quod erat positum in eodem flumine in una insula et erat edificatum ex praedictis cannis, de quibus supra diximus. Vidimus ibi paucos homines nudos de Indis, qui statim, ut nos viderunt, absconderunt se. Ego vero volebam loqui cum illis, ut ostenderent mihi aquam. Sed cum nullus ex eis appareret, precepi paucas sagittas iactare in eodem castello, ut si sua voluntate non volerent exire,  
30 propter timorem tamen sagitarum exirent. Sed illi propter timorem plus se absconderunt. Tunc ego misi in eodem flumine ducentos milites de Macedonibus cum levibus armis.

Iam quartam partem fluminis nataverant<sup>1</sup>, et subito nova causa nobis apparuit. Vidimus venire de profundo aquarum ippotamos fortiores quam sunt elefanti. Ippotami dicuntur, qui medii sunt homines, medii caballi. Videntibus autem nobis et plangentibus manducaverunt ipsos Macedones, quos in eodem flumine ad natandum misimus. Ego vero iratus contra illos, qui nos per

<sup>1</sup> nataverat *cod.*; nataverant *Kübler.*

talia loca portabant, iussi ex eis centum in ipso flumine mittere. Tunc coeperunt exire ippetami sicut formicae et devoraverunt illos. Sed ne forte cum eisdem ippetamis nocte pugnaremus, moti exinde sumus.

VI. [127—144 H; Leo 210, 20 — 211, 4.] Igitur cum pervenimus ad oram diei undecimam, vidimus in medio ipso flumine homines cum navicellis rotundis factis de canna. Interrogavimus illos, ubi aquam dulcem inveniremus. Illi vero sua lingua dixerunt, quia deberemus invenire lacum cum aqua dulcissima, in quo loco portare nos debebant illi, qui nobis viam trahebant. Ambulavimus tota nocte fatigati de siti et erat angustia, quia ibant omnes armati. Insuper et alia nobis angustia advenit: occurrebant nobis f. 230 b. leones, ursi, pardi, tigres, et tota nocte pugnaremus cum eis. Alio vero die cum iam lassus essemus, erat quasi octava hora, quando pervenimus ad ipsum lacum. Cumque bibissem aquam dulcem, gaudio magno repletus sum et bibit totus exercitus et omnia animalia. Tunc iussi alipergum figere in latitudine et longitudine ad tria miliaria. Deinde fecimus incidere ipsam silvam, quae erat de giro in girum super ipsum lacum. Ipse lacus erat spatiosus ad unum miliarium. Tunc fecimus poni elefantos in media parte de ipso alipergo, ut bene continere se posset ipse exercitus, si aliquid nobis nocte superveniret. Tunc accenderunt focos mille quingentos, quia ligna ad sufficiendum habebamus de ipsa silva.

VII. [144—175 H; Leo 211, 4 — 212, 4; 212, 22 — 24.] Hora deinde undecima sonante bucina manducavi ego et feci coenare omnes milites meos et accensae sunt lucernae aureae prope duo milia. Cumque luna lucere inciperet, subito coeperunt scorpiones venire ad bibendum in ipso lacu; deinde coeperunt venire magnae bestiae et serpentes, et omnes habebant varios colores, alii rubicundi, alii nigri et candidi coloris, alii aureum habebant colorem, et tota ipsa terra resonabat de sibilis illorum et magnum nobis pavorem miserunt.

In fronte vero de ipso alipergo feci ponere scuta per ordinem et tenebamus in manibus lanceas longas et sic recipiebamus serpentes, qui veniebant contra nos; aliquan-

<sup>1</sup> accenserunt *cod.*; accensae sunt Kübler.

tos occidebamus ex eis ad ignem; stetimus in ista pugna cum serpentibus. Cumque de eadem aqua bibissent ipsi serpentes, abire coeperunt; nos vero magnum ex hoc habuimus gaudium. Erat autem tertia hora noctis, quando sperabamus habere requiem, et ecce veniebant serpentes alteri, qui habebant cristas in capite, et erant grossiores sicut columnae; exierant enim de montibus, qui erant prope nos, et veniebant ad ipsam aquam. Adducebant pectora erecta, buccas apertas, et de illorum oculis scintillabant venenum; alitus<sup>1</sup> eorum erat mortalis. Pugnauimus cum eis plus quam unam horam noctis; occiderunt nobis triginta servos et viginti milites. Rogabam ego Macedones, ut non deficeret animus illorum in tali periculo. Postquam abierunt serpentes, venerunt cancri abentes<sup>2</sup> dorsa duriora sicut crocodilli, cumque super illos lanceas iactaremus, non intrabant in dorsa illorum; tamen multos ex eis occidimus ad ignem, alii vero intraverunt in ipsum lacum.

Iam venerat quinta vigilia noctis et requiescere volebamus; sed venerunt albi leones, qui erant maiores sicut tauri et cum magna murmuratione concutiebant cervices suas et impetum fecerunt in nos; nos vero recepimus illos in venabulis nostris, et mortui sunt. Pro his omnibus adversis magna perturbatio crescebat in ipso alipergo. Post haec coeperunt venire porci nimiae magnitudinis, habentes diversos colores, et cum illis similiter pugnauimus. Deinde venerunt vespertilioes sic maiores sicut palumbes; habebant dentes sicuti homo; feriebant in facies nostras; etiam aliquantos milites plagaverunt.

VIII. [175—192 H; Leo 212, 10 — 22; 212, 25 — 213, 3.]

Interea apparuit una bestia fortior de elefanto; habebat in fronte tria cornua armata et secundum Indicam linguam nominabatur ipsa bestia dendetyrano<sup>3</sup>; erat similis caballo; caput habebat nigrum. Antequam de ipsa aqua biberet, subito videns ipsum alipergum dedit impetum contra nos. Posui Macedones ad resistendum ei. Illa vero occidit de ipsis viginti quattuor, quinquaginta et duos ex eis con-

<sup>1</sup> = halitus. — <sup>2</sup> = habentes. — <sup>3</sup> odontotyranus *Valerius*; *Odontetyranno Grazer Hs. des Leo*; *odente tyranno Seitenstett. des Leo*; *fehlt bei Ps.-Kall. III, 17, s. aber III, 10, p. 105 Müller.*

culcavit; tamen occidimus illam. Deinde venerunt in ipso alipergo sorices maiores sicut vulpes; quantas de nostris animalibus mordebant, statim moriebantur; homines autem non nocebat morsus illorum sic, ut morentur inde. Appropinquante luce venerunt aucelli similes de vulturibus; habebant colorem rubicundum et habebant pedes et pizum nigros; non nocuerunt nos; impleverunt totam ripam de ipso lacu et comedebant illos; nec fecerunt contra nos aliquid, 202 v. nec nos contra illos. Tunc ego iratus sum contra illos, 10 qui mihi viam trahebant et per talia dura loca nos portabant. Fecimus illis frangere crura, quae vulgo gambas dicimus, ut vivos eos comederent serpentes; similiter et manus illis abscidere fecimus, ut digna merita pro suis factis reciperent.

IX. [192—216 H; Leo 213, 4—7; 213, 10—13.] Deinde locutus sum cum militibus meis, ut fortes essent et non deficerent in adversis sicut feminae. Sonante bucina movimus alipergum, quia collecti barbari et Indi in unum novam pugnam contra nos committere cogitabant. Milites autem 20 mei fortissimum habebant animum propter victorias et prospera, quae prius habuimus. Dimisimus loca periculosa et ambulavimus iam per bonam viam et quae erat plena de auro et aliis divitiis; et benigne receperunt nos homines ipsius terrae. Stetimus ibi per viginti dies, ut haberet f. 231b. requiem ipse exercitus et postea in septem dies venimus in illo loco, ubi prius Porus conederat cum collecto suo exercitu, antequam cum eo pugnaremus.

[Fehlt bei Leo.] Habebat autem desiderium scire 203 v. me et interrogabat milites meos, ubi essem ego vel 30 quid facerem. Tunc milites mei dixerunt ei: Nescimus, quid Alexander faciat; et venerunt et nuntiaverunt mihi hoc, quod eos Porus interrogaverat. Quod cum ego audissem, expoliavi me vestimenta regalia et vestivi me vestimenta de milite et finxi me ire in castellum ad comparandum vinum et carnem et, cum vidisset me Porus, fecit me ire ad se et interrogavit me, quid faceret Alexander et quantos annos haberet. Tunc ego mentitus sum et finxi me dicere: De annis illius sapio, quia est senex, et forsitan sedet ad focum, sicut senex solet facere. 40 Tunc ille gaudio repletus est, quia cum homine sene de-

buisset pugnam committere, et cum esset ille iuvenis, elevatus est in gloria et dixit: Quare ergo non videt suam senectutem et vult pugnare cum iuvene? Iterum dixi ei: Quid facit Alexander, ego nescio, quia pastor sum de uno milite Macedonico. Tunc ille statim dedit mihi unam epistulam plenam de minis, ut darem eam regi Alexandro, et praemium mihi exinde promisit dare. Cui ego iuratus sum et dixi: Scias, quia certissime in manus Alexandri venient istae literae. Presentialiter redii in ipso alipergo, 231 K.  
10 et antequam legerem ipsam epistulam et postquam legi eam, magnum habui risum, et proinde exemplum de eadem epistula mandavi tibi, magistro meo, et matri meae et sororibus meis, ut miraremini de superbia et presumptione ipsius barbari.

204 V. X. [216—232 H; Leo 216, 3—9; 19.] Tunc pugnavi cum Indis et vici eos, sicut volebam, et tuli regna, quae tenuerat Porus rex, et postea reddidi ea illi. Postquam vidit, quia reddidi ei honorem suum, manifestavit mihi thesauros suos, quos ego nesciebam, unde et ego me ipsum et comites 20  
20 meos et universum exercitum divitem feci. Tunc Porus rex factus est amicus Macedonibus, quibus fuerat antea inimicus, et deinde portavit me, ubi erant statuae de auro, quas ibi posuerat Liber pater et Hercules, qui fuerunt dii apud paganos. Cumque voluissem scire, si fusiles essent ipse statuae, omnes eas perforare feci, cumque invenissem, quia fusiles essent, feci implere ipsa pertusa de auro. Abiens inde nihil iam aliquid novum invenire potui, nisi f. 232 a.  
vidimus desertos campos et silvas et montes contra Oceanum, ubi dicebantur habitare elefanti et serpentes. Tamen  
30 perrexi usque ad mare, ut si possem navigare orbem terrarum per Oceanum, et quoniam homines loci ipsius dicebant, ut tenebrosa loca illic essent, et quod Hercules et  
205 V. Liber pater non fuissent ausi ad illas partes accedere, tunc ordinavi, ut circumirem sinistram partem Indiae, ut non esset locus, qui mihi incognitus remaneret, et non absconderet mihi Porus bona regni sui.

XI. [232—237 H; Leo 217, 1—7.] Invenimus paludem siccam, quae habebat cannas multas; per quam cum voluissemus transire, exivit inde nova bestia; habebat  
40 in dorso sicut serra, similis erat ipsa bestia ippotamo, pectus habebat sicut corcodillus, dentes habebat fortissimos.

Subito occidit nobis duos milites. Non potuimus eam transferre cum lanceis, tantum cum malleis ferreis occidimus illam.

XII. [238—256 H; Leo 217, 8—24.] Obstupefacti de tali nova bestia, quam vidimus, pervenimus deinde ad ultimas silvas de India. Fecimus alipergum in longum miliaria sex et in latum miliaria duo et medium prope fluvium, qui dicebatur Buemar. Erat hora diei undecima, et volebamus iam comedere, et ecce subito veniebat fugiendo pastor et illi, qui ligna trahebant, nuntiantes nobis, 10 eo quod veniret de silvis contra nos multitudo elefantorum. 206 v. Precepi caballicantibus de Thessalia, ut caballicarent et tollerent secum porcos et occurrerent contra eosdem elefantos, quia sciebam ego, quod stridorem porcorum odierent elefanti. Deinde post ipsos mandavi alios caballicantes armatos et omnes tubicines; pedones omnes dimissimus in alipergo. Procedens ego cum Poro rege et caballicantibus omnibus videmus multitudinem elefantorum tendentes promoscides contra nos, quos habent in bucca sicut 232 K. dentes, et erant dorsa illorum nigra, candida et rubea. 20 Dicebat autem Porus rex, quia poteremus vincere eosdem elefantos, si non cessarent stridere ipsi porci, quos ipsi caballicantes portabant, quod et factum est; nam cum audissent ipsi elefanti sonitum buccinarum et stridorem porcorum, coeperunt fugere. Milites autem, qui erant caballicantes, coeperunt persequi eos, et subnervabant illos et f. 232 b. occiderunt ex eis nongentos octoginta et tulerunt ex eis dentes et cornua et sic reversi sunt in ipsum alipergum. Tunc iussi<sup>1</sup> de giro in girum circumdari fossatum de ipso alipergo de armis, ne veniret ipsa nocte elefanti seu aliae 30 bestiae et facerent nobis damnum. Habuimus quietam noctem, usque ad diem omnes dormivimus.

XIII. [256—263 H; Leo 218, 6—16.] Alia vero die 207 v. coepimus ire in alias partes de India. Cumque ambularem, invenimus campos patentes et vidimus ibi feminas et masculos, qui habebant totum corpus pilosum sicut bestiae et erant nudi; longi erant novem pedes; consuetudo illorum erat et in fluminibus et in terra habitantes. Nam cum voluissemus ire ad eos, subito inmerserunt se

<sup>1</sup> iussit *cod.* iussi *Kübler.*

in flumine. Deinde venimus in silvas plenas de Cinocefalis, cumque nos percutere vellent, nos illos cum sagittis fugere faciebamus; Cinocefali dicuntur homines, qui capita canina habent. Intransibus nobis in deserta loca dixerunt nobis Indi, qui nobiscum erant, quia iam in illis partibus non esset aliquid novum, quod videre deberemus.

XIV. [264—285 H; 218, 17—219, 22.] Post haec coepimus redire in Fasiacen, unde veneramus, et praecepi, ut ab illo loco usque ad duodecim miliaria in longitudine  
10 extenderetur ipsum alipergum, ut essemus prope aquam. Iam omnes tendas erectas habebamus et multos focos accensos, cum subito tanta virtus Euri venti flare coepit, qui omnes tendas ad terram dedit, et ipsa animalia multum vexabantur, quia scintillae<sup>1</sup> de ipso foco et titiones feriebant in dorsa illorum et incendebant illos. Tunc confortavi milites meos dicens illis, quia non accidisset ipsa tempestas propter iram deorum, sed pro aequinoctiali tempore acci-  
208 V. dissest. Recollegimus omnia, que ipse ventus disperserat, et invenimus unam vallem et ibi posuimus alipergum. Post-  
20 quam omnia ordinavimus, precepi, ut omnes milites manducarent; nam et flatus venti ceciderat et magnum frigus crescebat. Coeperunt cadere nives tantum maiores sicut lana. Ego vero timens, ne crescerent ipsae nives multum in eodem alipergo, praecepi militibus, ut calcarent eosdem nives; adiuvabat<sup>2</sup> et nos multum, quia habebamus focos, quamvis ab ipso nive aliquanti ex eis extinguerentur. Una autem causa salutis nobis fuit, quia supervenit fortissima pluvia et cesarunt ipsi nives. Statim autem supervenit obscura nubes, et vidimus cadere de coelo arduentes nubes sicut facculas,  
30 ita ut totus campus arderet de incendio illarum. Timebant f. 233 a. dicere milites mei, quia de ira deorum talia nobis accidissent, quod ego homo voluissem transire plus quam Liber pater et Hercules abierunt; praecepi tamen militibus, ut rupta vestimenta obponerent ad ignes<sup>3</sup>, qui ipso campo ardebant. Inter haec orantibus nobis serenitas coelo reddita est; fecimus omnes focos accendere; sed desuper obscurae nebulae erant, et per tres dies sine claro sole fuimus, eo quod nubes desuper pendebant. Sepelivimus ibi quingentos milites, qui de ipso nive mortui fuerant, et moti sumus ex eodem loco.

<sup>1</sup> cintillae *cod.* — <sup>2</sup> adiubant *cod.* — <sup>3</sup> ignem *cod.*, ignes Kübler.

XV. [285—295 H; fehlt bei Leo.] Post haec vidimus speluncam, ubi Liber pater iacebat. Dictum est nobis, quod, 209 v. si aliquid in eandem speluncam intraret, in die tertia de febre moreretur. Tunc homines perditos ibi misimus et invenimus, quod ita esset, sicut audivimus. Coepi rogare ipsos deos, ut me, qui essem rex totius mundi, facerent me redire in Macedoniam cum victoria ad Olimpiadem matrem meam. Cognovi autem quia<sup>1</sup> sine causa de tali ratione. Denique interrogavi Indos, qui mecum erant, si vel una causa esset ammirabilis, quam videre deberemus. Omnes 10 negaverunt nihil esse novum, quod videre deberemus. Inde apprehendi viam ad eundem in Fasiacen.

XVI. [295—319 H; fehlt bei Leo.] Tunc inobviam venerunt nobis duo senes. Interrogavimus illos, si aliquid novum scirent, quod nos videre deberemus. Dixerunt nobis, quia<sup>2</sup> scirent causam mirabilem, quam nobis ostenderent; sed esset ipsa via longa, ubi in ambulando decem dies miteremus, et esset via districta et aquae multae et loca serpentibus plena. Blando itaque sermone percontavi eosdem 210 v. senes dicens: Quid est hoc tam nobile et magnificum, quod 20 nobis monstrare promittitis? Unus vero ex eis cum gaudio dixit mihi: Videbis rex duas arbores, unam solis et alteram lunae; arbor solis loquitur Indica lingua et arbor lunae Greco sermone; et ab ipsis poteris scire, quae bona aut quae mala tibi evenire debeant. Cumque tam incredibilem causam audissemus, cogitavi, quod per iocum<sup>3</sup> talia mihi dicerent. Feci eos impingere et aliquam contumeliam illis facere et dixi: Sicut pervenit gloria mea ab occidente usque ad orientem, ut isti senes de me risum facerent? Ipsi vero senes affirmabant iurando, quia nullam fallaciam dicerent, 30 f. 223 b. sed per veritatem ostenderent, quod dicebant. Rogabant me amici mei et comites, ut nullo modo praetermitteremus, quatenus non iremus ad videndam talem causam. Tuli mecum triginta milia caballicantes; alium vero exercitum cum aliquantis praefectis et Poro rege et omnibus divitiis transmisimus iam dictos senes, qui nos, sicut dixerunt, per districta 234 K. et dura loca portaverunt nos<sup>4</sup> usque ad locum, ubi ipsae 211 v.

<sup>1</sup> quia von 2. Hand *ausgestrichen*. — <sup>2</sup> qui *cod.*; quia *verb. Kübler*. — <sup>3</sup> locum *cod.*; s. o. S. 13, A. 4 u. 5; S. 14, A. 2; S. 24, A. 1. — <sup>4</sup> nos von 2. Hand *ausgestrichen*; doch vgl. oben Z. 6 me — me.

arbores erant. Vidimus autem multos serpentes et feras, de quibus proinde non tibi scripsimus, eo quod secundum Indicam linguam nominabantur.

XVII. [319—335 H; Leo 239, 1—18.] Cum appropinquarem prope ipsum locum, ubi ipsi senes nos portabant, vidimus feminas et masculos pellibus vestitos; interrogavimus illos, qui essent; dixerunt, ut Indi essent. Venientes ad locum, ubi ipsae arbores erant, vidimus locum, qui erat largus; libanum et opobalsamum habebat multum, eo quod  
10 ibi erat silva, ubi nascebantur, et homines loci illius ipsum manducare consueverant. Itaque intravimus in praedictum locum sacratum et vidimus antistitem loci ipsius, cuius statura erat altior plus decem pedibus; habebat nigrum corpus, dentes caninos, aures illius perforatae erant, et pendebant ibi gemmae. Qui cum salutaret me, interrogavit me, pro qua causa venissem. Ego vero dixi ei: Veni, ut videam sacras arbores solis et lunae. Tunc barbarus mihi respondit: Si mundus es a fornicatione masculi et feminae, licet ut intres in divinum locum. Secuti sunt me amici mei tre-  
20 centi. Imperavit ipse sacerdos, ut poneremus anulos, vestes et calciamenta; obedivimus illi et fecimus, quod voluit. Erat undecima hora diei et expectabat sacerdos, ut poneret sol; nam dicebat, ut sic loqueretur et responsum daret. Item dicebat de arbore lunae, quia, quando luna inradiaret, sic daret responsum. Mihi vero plus videbatur esse falsum quam verum.

XVIII. [336—352 H; Leo 239, 18—22; 240, 9—13.] Igitur coepimus perambulare ipsam silvam, quae erat inclusa intra maius edificium parietum; vidimus largissime currere  
30 opobalsamnum de ramusculis arborum; tunc ego et comites mei coepimus tollere cortices de ipsis arboribus, quia optimus erat ipse odor. In media parte de ipsa silva erant arbores similes cipressis, altae pedes centum. Cumque mirarer de ipsa altitudine et dicerem, quia de multa pluvia tantum crevisset<sup>1</sup>, dicebat sacerdos, quod numquam in ipsa loca plueret<sup>2</sup>, sed neque fera neque avis neque serpens in  
ipsum terminos intraret, quia antiquitas a maioribus Indorum locus ipse consecratus esset soli et lunae. Volui ibi immolare victimas, sed non dimisit me ipse sacerdos, dicens f. 234 a.

<sup>1</sup> crevisset *verm. Heraeus.* — <sup>2</sup> pluerent *cod.*

non licere in ipso loco aut incensum de libano facere aut <sup>213 V.</sup>  
 quaecumque animal occidere; sed precepit, ut basialem  
 ipsas arbores et rogarem solem et lunam, ut vera responsa  
 mihi darent. Interrogabam sacerdotem, si lingua Indica an  
 Greco sermone ipsae arbores nobis respondere deberent.  
 Respondit ille: Et Indica lingua et Greca; sed arbor solis  
 prius Indico sermone adnuntiat futura, arbor lunae Greco

<sup>235 K.</sup> sermone incipit loqui, Indico finit.

XIX. [352—411 H; Leo 240, 7—9; 240, 13 — 241, 11.]

Post haec vidimus radios solis resplendere sursum in cacuminibus arborum, et sacerdos ait: Sursum, inquit, respicite, et de quali causa interrogare quisque voluerit, in corde suo cogitet, palam non dicat. Tunc cum magna cura coepimus respicere, ne forte inter ramos arborum essent pica aut psithacus, quia solent quasi vocem humanam mittere. Postquam non vidimus aliquam fraudem inter ramos arborum, cogitare cepi in animo meo, si triumphans reverti possem in patriam meam ad Olimpiadem matrem et sorores carissimas, cum subito Indico sermone respondit arbor: Sicut interrogasti nomen meum, Alexander, eris dominus orbis terrarum; <sup>10</sup> sed vivus in patriam non reverteris, quoniam fata tua sic definierunt de te. Tum ego cum nescirem, qualis esset ipsa arbor, interrogavi exinde Indos, quos mecum portaveram, ut mihi ipsi verba interpretarent; dixerunt mihi, quia esset arbor solis. Amici mei coeperunt plangere de tali responsione, quia mecum erant tres fidelissimi mei amici, id est <sup>214 V.</sup> Perdica et Clitona et Philotan, quia nullum hominem timebam, nec erat causa, pro qua timere deberem in eo loco, ubi non erat licitum aliquem occidere. Movimus nos inde et hora vespere voluimus intrare ad interrogandam arborem <sup>30</sup> lunae; sed luna nondum apparebat. Intravimus postea in eundem sacrum locum, et cum stetissemus iuxta arborem lunae, adoravimus, et interrogavi, ubi mori deberem. Postquam splendor lunae tetigit cacumen arboris, respondit ipsa arbor et dixit mihi Greco sermone: Alexander, plenam iam finem aetatis habes, sed isto anno adveniente mense <sup>40</sup> f. 234 b. Magio in Babilone morieris et deceptus habebis esse, a quo minime speras. Tunc plangere coepi; similiter et amici mei flebant. Ego autem non cogitabam de eis, ut aliquam fraudem mihi facerent, quia parati erant mori pro mea salute. <sup>215 V.</sup> Exivimus de eodem loco; animus meus nimium erat tristis,

et non volui comedere. Rogabant me amici mei, ut non angustiarer et affligerem corpus ieiunio; tunc contra voluntatem de animo meo manducavi modicum et collocavi me in ipso sacro loco, ut paratus essem, quando primum exiret sol. Alia die valde diluculo surrexi et amicos meos de somno excitavi; ipse autem sacerdos involutus pellibus iacebat, et erat ante illum posita magna gleba de libano in tabula ebena, quae illi de coena remanserat, et ibi positus culter, nam ere et ferro et plumbo et argento et auro

10 habundant<sup>1</sup>; opobalsamum et libanum manducant et bibunt aquam, quae de vicino monte exit. Excitavimus sacerdotem et tertia vice intravimus ad interrogandas ipsas arbores. Dic mihi, sacratissima arbor, cuius manus me occidere debeant et quali morte mater mea et sorores meae mori debeant. Arbor Grece dixit: Si dixero tibi, quis te occidere

236 K. debebit, tu occides illum, et iam mutatur, quod de te ipsa fata ordinaverunt, et irascentur mihi tres sorores, id est Clotho, Lachesis, Atropos, eo quod impedimentum fecerim in eo, quod illi statuerunt. Igitur ad unum annum et octo

216 V. menses Babilone morieris, non per ferrum sicut speras, sed per venenum. Mater tua turpissima morte morietur, et non sepelietur, sed aves, id est aucelli, et fere comedent illam; sorores tuae bene esse habebunt; tu autem in parvo tempore eris dominus terrarum. Nunc vero noli amplius interrogare nos, sed exi de isto loco nostro et revertere in Fasiacen ad Porum. Sed et sacerdos monuit, ut abiremus, dicens, quia de planctu et ululatu nostro irascerentur. Tunc ego locutus sum ad universos milites et dixi, ut ad Porum in Fasiacen reverteremur; de interrogatione autem vite meae

30 dixi militibus meis, qui mecum fuerant, ut nulli dicerent, quod audierant, sed per meum consilium in sua fide secretum tenerent, quod audierant.

217 V. XX. [412—426 H; Leo 250, 10—24.] Pervenimus deinde in vallem Iordaneam<sup>2</sup>, ubi erant serpentes, habentes in collo lapides, qui smaragdi appellantur. Predicti serpentes non dimitunt, ut aliquis ipsam vallem apprehendat; vivunt de

r. 235 a. lasere et pipere albo et singulis annis pugnant inter se et multi inde moriuntur. Inde tulimus nos paucos smaragdos, qui magnam formam habebant. Per magna deinde pericula

<sup>1</sup> abundat *cod.*; habundant Kübler. — <sup>2</sup> Jordiam *ep.* 1.

venimus in loca, quae erant fortissima, in qua erant bestiae, quae habebant caput sicut porcus, caudam sicut leo, ungulas duas latas pedibus sex, cum quibus feriebant milites nostros. Mixti erant inter eos grifes, qui habebant pizzos sicut aquila; qui cum magna velocitate feriebant in facies nostras. Nos vero cum sagittis et contis defendebamus nos ab eis. Perdidi in eo certamine ducentos octo milites. 218 v.

XXI. [426—446 H; Leo 251, 1—24.] Inde pervenimus ad flumen, qui currebat in Oceanum; erat latus miliaria duo et medium; erant in ripa ipsius fluminis cannae, tantum altae et grossae, de quibus vix possent triginta milites unam portare. Habitabant in eodem loco multi elefanti, qui, nescio quare factum fuisset, nullum malum nobis fecerunt. Fecimus naves de ipsis cannis et varicavimus illa parte ipsum flumen. Invenimus ibi homines, qui habebant vestitas pelles de ballenis; dederunt nobis spongas albas et purpureas et concas marinas, quae capiebant<sup>1</sup> duos et tres congios. Dederunt et tunicas de vitulis, factas de vitulis marinis, et cocleas, quae capiebant sextarium. Item posuerunt ante nos vermes, quos de ipso flumine traxerunt; erant grossiores sicut coxa hominis; melior erat sapor illorum de omni pisce. Dederunt et fungos rubicundos. Posuerunt nobis et murenas pensantes ducentas quinquaginta libras et dicebant, quia plus fortiores de illis essent in ipso Oceano, qui erat illis vicinus ad viginti tria miliaria. Pisces, qui nominantur sacri, posuerunt ante nos pensantes libras centum quinquaginta. Erant in eodem flumine feminae capillatae; istae quando videbant extraneos homines natate in ipso flumine, apprehendentes illos aut suffocabant in ipso flumine aut trahebant eos inter ipsas cannas, et quia erant nimium formosae aut per nimiam iram occidebant illos, aut tantum faciebant illos secum concumbere, quousque sine anima remanerent. Nos vero apprehendimus ex eis duas; erant albae sicut nix et habebant capillos longos sparsos per dorsa. 219 v. 237 K.

XXII. [446—469 H; Leo 254, 9—14.] Vidimus in Gangen flumine, quae si dicere voluissemus, miranda fuissent. Sed ne dicatur, quia causa fabulosa sit, propterea nolui vobis inde aliquid scribere. Venimus inde ad castellum, quod

<sup>1</sup> capiebat *cod.*

Indi colunt, ubi accepimus optima monita a senibus illis, qui nos revocabant et ducebant per Caspiae portas in Fasiacem ad Porum regem; non volumus ascoltare<sup>1</sup> monita de f. 235 b. ipsis senibus, quia speravimus, ut per fraudem darent nobis consilium. Secuti sumus flatus Euri venti, et inde venimus in loca, ubi erant fere, de quarum capitibus exiebant ossa serrata, sicut gladius acutus, et cum ipsis feriebant super milites nostros et multos illorum clipeos transforarunt; occiderunt ex eis usque ad octo milia quadringentos<sup>2</sup> quin- 10 quaginta. Sic deinde cum multo labore et magno periculo pervenimus ad Porum regem. Ibi namque praecepi militi meo, nomine Alcone, quem in Perside proposueram, ut in Babiloniam et Persidem poneret meas statuas duas de auro fusiles, altas pedes viginti quinque, et in ipsis scriberet omnia facta mea, et in ultima India illa parte, ubi erant centum statuae positae in honore Liberis et Herculi, poneret idem Alcon statuas aureas quinque, decem pedibus altas, in honore meo. Nunc autem, karissime preceptor, propter 20 ammirationem monstravimus, et novum atque perpetuum exemplum in virtutibus nostris, ut in venientibus magna esset fama de nobis et tu, magister, cognosceres sollicitudinem et ingenium atque studium animi mei.

Explicit epistula Alexandri regis magni Macedonum ad magistrum suum Aristotelem.

<sup>1</sup> ascolta *cod.* — <sup>2</sup> quadringente *cod. und Grazer Hs. des Leo.*